



# Disputatio juridica inauguralis de jure deliberandi & beneficio inventarii

<https://hdl.handle.net/1874/345198>

44.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A  
I N A V G U R A L I S,

Jure Deliberandi & beneficio  
O Inventarii.

Q U A M  
FAVENTE TRI-UNO NUMINE,

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

J A C O B I V A R L A N,

M. D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,  
N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimaque  
Facultatis JURIDICÆ Decretō,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,  
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis  
rite ac legitime consequendis,

R O M B O U T V A N D E N O E V E R , B O M E L A - G E L R .

Ad diem 23. Januarii horâ locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, cœlo 1600 xcii.

DISPUTATIO IURIDICA  
IN JURISPRUDENTIA  
ELECTIO VIII  
DE JURISPRUDENTIA  
TAVENTE TRIUNO NUMINE  
PRO CIVILI DOCUMENTATU  
SACRUM.

**JURISPRUDENTIA**

**FAUTORIBUS**

**SACRUM.**



TRALLETI SA RHANNM  
Ex Officina Francisci HALMA, Academici  
Typographi, ed JDC coll.

# DISPUTATIO JURIDICA.

## INAUGURALIS.

I D E N T

### Jure Deliberandi & Beneficio Inventarii.

#### PRO O E M I U M.

**C**um jam pluribus legibus cattum esset morentibus, ut successiones eorum conservarentur & ut heredes haberent aequum deindivisum fuit & heredibus prospici, ne temere spe lucrosa successionis alliciti oneribus hereditariis subjicerentur duo idcirco remedia hac disputatione explananda jure prodita sunt, quibus sese adversus periculum damnosae additionis vel immixtionis tuerentur: quid enim frequentius quam labi circa quantitatem substantiae a defuncto relictæ imo non raro contingit ipsos testantes plus de suis facultatibus præsumere, quam reverai iis est, ideoque merito (jure deliberandi jam introducto quo necdum satis heredibus cantum videbatur) plenius beneficio inventarii prospicere Imperator non dubitavit.

A 2

PARS

# 4A DISPUTATIO JURIDICA ID

# P A R S A N.

## THESIS I.

**J**us deliberandi est beneficium heredi concessum secundum quod urgentibus creditoribus, legatariis, aliisque quorum inter est potest petere tempus novem mensum a magistratu, anni a principe intra quod videre potest & deliberare utrum velit hereditatem adire vel repudiare *l. 5. ff. b. t.* & *l. ult. §. 3. C. eod.* Dico urgentibus creditoribus &c. quia nemine additionem urgente haeres habet integros triginta annos arg. *l. 3. C. de præst. 30. vel 40. anno.*

Deliberatio siebat olim & per cretionem & sine cre-  
tione, Cretio autem erat certorum dierum spatium  
quod dabatur instituto heredi ad deliberandum utrum  
ei expediret adire hereditatem nec ne *l. i. ff. de jur.*  
*delib.* Ulpian in fragm. *tit. 22.* deinde prætor urgen-  
tibus substitutis vel creditoribus dedit jus deliberandi  
secundum negotiorum necessitatem vel longius vel bre-  
vius non minus tamen centum dierum *l. i. § 2. ff. b. t.*  
jure autem codicis statutum est id peti posse a principe  
& a magistratu *l. ult. s. sed quia C. b. t.*

2845

## A IN A U G U R A L I S A

¶

### I I I.

Competit tum hæredi testamentario tum legitimo, attamen jure civili solummodo extraneis non item suis & necessariis verum hoc quoad suos jure prætorio correctum est, secundum quod abstinere possunt §. *sui autem inst. de hæred. qual. & diff.* datur & hæredum hæredibus quoad reliquum deliberationis tempus primi hæredis, a tempore scientiæ delatae hæreditatis computandum l. 19. C. b. t.

### I V.

#### I T H E S I S I

Effectus deliberationis est quod si hæres intra tempus præscriptum voluntatem non declaraverit ratione creditorum habeatur acsi adiisset l. ult. §. 14. C. b. t. ratione vero substituti pétentis hæreditatem censeatur acsi repudiasset l. 69. ff. *de arg. hæred.*, in super quod pendente deliberatione sicut creditor hæreditarius pignus distrahere non potest ita nec hæres quidquam posset ex bonis hæreditariis diminuere absque prætoris decreto l. 5. & seq. ff. b. t. denique quod siquidem is qui sciens hæreditatem sibi esse delatam decesserit, hoc jus ad suam successionem intra annale tempus extendat l. 19. C. b. t.

### V.

Per hoc beneficium cum non sufficienter hæredi con-

A 3

sultum

II

## 6 DISPUTATIO JURIDICA

sultum cautumque esset qui post aditionem æs alienum postea emergens cogebatur agnoscere & creditoribus legatariis que satisfacere ultra bonorum hæreditariorum quantitatem frustra propria ignorantia ac inopia defuncti objecta l. 10. & ult. C. b. t. ideo Justinianus huic periculo medelam adhibere voluit qua plene hæredi adeunti consuleret scilicet Confectione inventarii cuius perficiendi methodum solemnitatemque describit in l. ult. C. b. t.

## P A R S I I.

### V I T H E S I S I.

**I**nventarium dicitur ab inveniendo teste Boereo quest. 61. num. 8. quasi in eo inveniretur quidquid rerum in hæreditate vel in bonis existit quarum factum est inventorum hinc non male etiam in jure vocatur repertorium l. 7. ff. de administ. tut. nonnumquam libellus rerum l. 9. §. 3. ff. de jur. dot. vel synopsis bonorum l. 5. §. 11. ff. de reb. eos que sub tut. sunt, diversa autem inventariorum sunt genera 1. rerum pnpillarum l. 24. C. de administr. tut. 2. rerum dotalitium nov. leon. 110. 3. instrumentorum debitoris a creditoribus in possessionem missis l. 15. de reb. auet. jud. poss. 4. quarum rerum in possessionem venter missus est l. 1. §. ante penult. ff. de vent. in poss. mitt. 5. rerum usufructuariorum l. 1. §. 4. de usuf. quemadm. car. 6. & ultimo rerum hæreditariorum l. ult. C. b. t. de quo solum age re constitui.

II.

**I I.**

Posterioris itaque inventarium definiri posse arbitror quod sit omnium rerum hæreditiarum ab hærede legitime confecta designatio eum ab omni onere hæreditario liberans, *d. l. fin.* dico omnium rerum hæreditiarum cum non modo super bonis quæ deducto omni ære alieno super sunt conficiatur verum super omnibus quæ defunctus tempore mortis penes se habuit sive hæc in bonis sive ex bonis ejus fuerint *d. l. ult. §. 2.*

*C. eod.*

**I I I.**

Ad perfectam inventarii confectionem quædam requiruntur solemnitates, quarum prima est circa tempus, secunda circa personas tertia circa res, quarta iterum revertitur ad personas pro ut satis aperte *ex l. ult.* Colligi potest, de quibus secundum ordinem ab imperatore in *l. f. §. 2. & 3. b. t.* præscriptum hac nostra dissertatione distinctim acturi sumus.

**IV.**

Videndum itaque primo infra quantum tempus inventarium inchoandum & infra quantum perficiendum, inchoari autem necesse est intra 30 dies postquam tabulae sunt apertæ vel delatam sibi hæreditatem quis cognoverit & intra alios 60 dies seqq. omnibus modis absolvit *d. l. f. §. 2.* nisi a locis in quibus res hæreditariæ vel maxima

## 8. DISPUTATIO JURIDICA

maxima pars earum posita est hæredes ab esse contigerit  
tunc enim iis datur anni spatium currens a morte ejus  
de cuius hæreditate agnoscenda agitur *d.l.f.* §. 3. 34. *b.t.*  
*V.*

Secundo uocari debent Creditores legatarii cæteri  
que ad quos ea res pertinere potest *l.fin.* §. 2. *C.b.t.* ut  
ad sint certo die & loco quo ejus confectio sub tabellio-  
nis præsentia est facienda , qui si certi sint nominati:  
vocandi alias publice per præconis proclamationem:  
*bart.* in *d.l.f.* & loco eorum qui commode præsentes  
esse nequeunt tres locupletes viri fidei & opinionis pro-  
bæ adhibendi erunt in quorum presentia fiat inventari-  
um *Nov. 1. C. 2.*

*V. I.*  
Tertio ad ejus substantiam præcipue desideratur ut  
omnes res , quæ fuerunt in bonis defuncti cum more  
retur , annotentur , æque mobiles ac immobiles , cor-  
porales ac in corporales , depositæ ac oppignoratae ,  
item commodatae , ac precario acceptæ &c. hæc enim  
omnes petitione hæreditatis veniunt *l. 19. ff. de hæred.*  
*pet.* si quid hæreditarium ab hærede omissum fuerit  
non quidem vitiatur inventarium sed duplum ejus resti-  
tutuere compellitur *l.fin. §. 10. C.b.t.* *V.*

*V. II.*  
Quarto necesse est ut hæres confecto in ventario sub-  
scribat confitendo se nullas præter insertas scire , vel  
eo

eo scribere nesciente alium adhibeat qui suo nomine coram testibus qui hæredem cognoscunt subscriptionem faciat. Præfixo antea ab herede crucis signo *l. fin. §. 2. C. eod.* tametsi illius omissio non vitiat inventarium prout crebrius a dd. est receptum.

**VIII.**

Expositis modo requisitis, mihi non inutile videbatur & commoda legitimè confecti inventarii examinare quorum Præcipuum est quod hæres non teneatur creditoribus vel legatariis ultra facultates in hæreditate repertas nam præsumptio cælandi vel intervertendi aliquid de bonis hæreditariis ab eo per hujusmodi confectionem a vertitur *l. f. §. 4. C. de quod.*

**IX.**

Alter effectus est quod hæres habeat beneficium legis falcidiae, quo alioquin cariturus fuisset si inventarium non confecisset *Nov. 1. C. 2. §. 2.* sed utrum filius ob ejus defectum legitimam amittat a dd. controverti solet, quod affirmo cum falic. ad *l. fin. §. 14. C. b. t. facchin l. 4. §. 34.* perez ad *h. t. num. 12. & Zoes ad h. t. num. 16.* hujus enim omissio facit presumi per legem hæreditatem fuisse sufficientem exsolvendo eri alieno & legatis fideicommissque prestandis, ut & legitimam filius habere intelligatur & minus repte iterato petat secus vero obtainere in trebellicam ratione universalis fideicommissi tradit communis sere dd. schola sic ut eam hæres etiam si illo beneficio usus non sit retineat.

OIOV

B

X.

**X** Tertius effectus est quod actiones quas hæres contra defunctum habuit non confundantur *l. fin. s. 10. c. b. t.* sed quod inducat quandam bonorum separationem perinde acsi hæreditatem non adiisset. Exdepta aetione pœnali, pœna enim ad lucrum tendit quod in detrimentum aliorum hæredi conservari durum foret *l. 18. ff. ad leg. falcid.*

**X I.**

Quartus effectus est quod hæres unicuique promis-  
cui satisfaciat primo venientium legatario tum creditorum  
donec aliquid super est de bonis defuncti nec ideo aliis  
crediteores etiam priores tempore possunt hæredem  
molestare attamen uon præjudicatur ordini singulorum  
quoniam possunt crediteores a legatariis & potiores cre-  
diteores ab aliis illa quæ acceperunt in casum quo bona  
non sufficient avocare *l. ult. § 5. c. b. t.*

**X II.**

Quintus effectus est quod hæres pendente inventarii confectione non possit a creditoribus legatariis vel aliis quibuscumque conveniri verum citra præscriptionem actionis temporalis creditoribus hæreditariis compe-  
tentis *l. ult. s. 11. c. b. t.*

**X III.**

Sextus effectus est quod quamvis aliud pro alio in  
voto

# INAUGURALIS

voto creditori solvi non passit l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.  
tamen hæres vel ex ipsis rebus defuncti vel ex eorum  
venditione legatariis aliisque satisfacere queat l. ult.  
§. 5. 4. Cod. eod. nisi forsitan parata pecunia legata sit  
eaque in hereditate extet, tali casualiud pro alio solvi  
non potest. auth. hoc nisi l. de salnt. & lib.

## X I. V.

Septunus effectus est quod possit hæres jure retentio-  
nis consequi quidquid in funis defuncti in sinuationem  
testamenti confectionem invenarii vel alias necessarias  
hereditatis caulas impenderit. D. l. ult. l. 19. m. 10. v. 19.

## X V.

Octayus effectus est quod hæres non teneatur de  
damno quod post aditam hereditatem ex interitu rea-  
rum hereditariarum accidit: l. ult. §. 4. C. b. t. si mo-  
do culpa hæres careat alias teneretur arg. l. 30. ff. ad  
leg. fac.

Inventarii neglecti pena est quod ad solutionem her-  
reditariorum debitorum obligetur hæres l. fin. §. 12.  
C. b. t. & falcidiam legatis nequeat detrahere, permis-  
sum sit legatariis integra ab eo legata exigere et si vires  
hereditarias excedant nov. i. cap. 2. v. si vero non fece-  
rit. &c. Hac pena eximitur miles qui non servata præ-  
dicta solemnitate non tenetur in amplius quam est in ha-  
reditate idque privilegio militari. l. fin. §. ult. C. b. t.

C O.

Ex officina Fransisco Hamm Academie  
Typographi. dicitur. 1710.

# COROLLARIA.

Jurisdictio criminalis per reum criminis proroga-  
ripotest submittendo se judici incompetenti.

I I.

Remedium 1. 2. C. de rescind. vend. non habet locum  
in transactione.

Negotiorum gestor pecuniam ex gestione quæsitam in  
suos usus convertens præstat usuras maximas.

I V.

Restitutio non datur ex capite ignorantiae adversus  
impletam usucaptionem.

V.

Res mobiles ab hostibus captæ jure gentium statim  
sunt occupantium militum sine ulla ducis divisio-  
ne & assignatione.

V I.

Usfructuarius omnium honorum non tenetur ad  
solvendum æs alienum.

F I N I S.

OO